

verum annum temporis spacium, Iris primaria, vel quæ à duabus re-
fractionibus & unica reflexione tantum oritur, videri potest; quod
ex consideratione loci Solis cuiusvis facile obvium est.

*IV. Singuli singulas vident Irides: Sin minus idem
Circulus diversa centra habebit quod absurdum.*

*V. Quo Sol altior supra Horizontem est, eo ma-
gis dilatantur colores & contra: Hoc fit propter maiorem
& minorem angulum refractionis.*

XX

S*ic est. & indagare circulis probe,
Et lineis doctis queunt Geometræ; ac
Visus Magistri quid sit Iris, quur siet.*

*Arcus superni Regis, auro & purpura
Pulcher; Smaragdo concolor nitens gravi,
Et parte Sapphirum ætheri parem notans.*

*O summe Regum! magne Director poli!
Qui Sole terris Gratia scribis notam,
Et nunc faveto pristina clemens fide,
Nostros labores promove, juva bonus,
Et expedi potens & approba DEVS!*

*Et Dni. Respondentis modestum cum Musis
commercium laudo, eidemq; felices por-
rò in studiis progressus à Deo precor.*

*Stephanus Gorlovius, M. Profess.
Hebræus, Collegii Facult. Phi-
losoph. nunc Decanus.*

